lo epl'i cū mulierib⁹ dormiebāt: ⁊ religionē p̄dam putan
tantes. quicq̄d optimū in hoſtijs erat in ſuas delicias cō
uertebāt. Nō neophitū: ne in ſupbiā elatus in iudiciūꝫ
incidat diaboli Mirari ſatis nō queo: q̄ hoīm tāta ſit ceci
tas de vxorib⁹ ante baptiſmū diſputare: ⁊ rem in baptiſ
mate mortuā. Immo cū chriſto viuificatā in calūniam
trahere: cū tā apertū eiuſdemq̄ꝫ preceptū nemo cuſtodi-
at. Heri cathecumin⁹ hodie pōtifex heri in amphiteatro
hodie in eccl'ia: veſpe in circo mane in altari: dudū fautor
hiſtrionū. nūc virginū ꝯſecrator. Nū ignorabat apl'us
tergiuerſationes noſtras ⁊ argumentorum ineptias neſ

ciebat Qui dixit vni⁹ vxoris virū. Ipſe mandauit irre
phenſibilem. Sobriū. prudentem. Ornatū hoſpitalem
doctorē modeſtum Non vinolētum non percuſſorem
Non litigioſum. non auarum. non neophitum. Ad om
nia claudimus oculos: ſolas videmus vxores. ꝙ autem
ait: ne in ſuperbiam elatus incidat in laqueum dyaboli.
Quis non exemplo verum probet. Ignorat momenta
neus ſacerdos humilitatem et manſuetudinen ruſtico-
rum. Ignorat blandicias chriſtianas: Neſcit ſeipſum
contemnere de dignitate tranſfertur ad dignitatem. nō
ieiunauit: Non fleuit non mores ſuos ſepe reprehendit
Et aſſidua meditatione correxit. non ſubſtantiam pau-
peribus erogauit: De cathedra quomodo ducitur ad ca-
thedram. id eſt de ſuperbia ad ſuperbiam. Judicium au-
tem et ruina dyaboli. nulli dubiū q̇n arrogantia ſit Inci
dunt in eam. Qui in puncto hore. Necdum diſcipuli
Jam magiſtri facti ſunt. ¶ Oportet autem eum
et teſtimonium habere bonū ab his qui foris ſunt Qua
le principium talis et clauſula. Qui irreprehenbilis eſt
non ſoluꝫ a domeſticis. Sed ab alienis conſono ore lau
datur Alieni et extra ecciaꝫ Sūt iudei heretici ⁊ atqꝫ gē
tiles Talis ergo ſit pontifex criſti Ut qui relligioni de
trahunt: Uite eius detrahere non audeant. At nūc ple
roſqꝫ cernimus vel fauorem populi in aurigarum morē
precio redimere. Uel tanto omnium hominum odio vi

uere: Ut non extorqueant pecuniā q̄ mimi impetrant geſtibus ¶ Hec fili oceane ſollicito timore perquerere hec magis eccleſie cuſtodire debebant. hos in ſacerdotibus eligendis canones obſeruare. Non iuxta propria odia et priuatas ſimultates carpentemq̄ ſemꝑ auctorem ſuū inuidiam legem chriſti interpretari vide quātum ſit teſtimoniū huius quem arguunt mariti: cui preter vinculum coniugale. et hoc ante baptiſmū. nihil aliud ab emulis obici poteſt. Qui precepit non mechandū ipſe dixit ⁊ nō occides Si non mechamur. ſed occidimꝰ tranſgreſſores legis ſumus. Qui totam legem obſeruauerit ⁊ offenderit in vno. fit omniū reus Itaq̄ cū oppoſuerint nobis vxorem ante baptiſmū: nos ab eis omnia que poſt baptiſmum precepta ſunt requiramus. Pretereunt quod non licet: ⁊ obijciunt q̄d conceſſum eſt.

¶ Jeronimus nepotiano preſbitero de vita clericorum Epiſtola Sexta

P Etis a me nepotiane cariſſime. litteris tranſmarinis ⁊ crebro petis vt tibi breui volumine digeram precepta viuendi: ⁊ qua ratione is qui ſeculi milicia derelicta vel monachus eſſe ceperit vel clericus rectum chriſti tramitem teneat ne ad diuerſa vitiorum diuerticula rapiatur dum eſſem adoleſcens. Immo pene puer. Et primos impe

tus laſciuientis etatis heremi duricia refrenarem ſcrip-
ſi ad auunculū tuū ſcm̄ heliodorū epiſtolā exhortatoriā
epl'am plenam lachrimis querimonijſqꝫ ⁊ q̄ deſerti ſoda
lis mōſtraret affectū. Sed in illo ope ꝑ etate tūc luſim⁹
⁊ calentibus adhuc rethorū ſtudijs atqꝫ doctrinis que-
dā ſcholaſtico flore depinxim⁹ Nūc iā cano capite ⁊ ara
ta rugis fronte inſtar bouū pēdentib⁹ a mēto palearibus
frigidus obſiſtit circuꝫ p̄cordia ſanguinis Vñ ⁊ in alio
loco idem poeta canit Oīa fert etas aīm quoqꝫ. Et poſt
modicū Nunc oblita mihi tot carmīa. vox quoqꝫ merī
iā fugit ipa ¶ Quod ne de gentili tantū litteratura pro
ferre videamur diuinoꝝ voluminū ſacramēta cognoſce
Dauid ānos natus ſeptuaginta bellicoſus quondā vir
ſenectute frigeſcente non poterat calefieri Queritur ita
qꝫ puella de vniuerſis finibus iſrahel abyſag ſunamitis:
que cū rege dormiret ⁊ ſenile corpus calefaceret Nonne
tibi videtur ſi occidentē ſequamur lrām vel figmentuꝫ
eſſe mimoꝝ vel atellanoꝝ ludicra Frigidus ſenex obuol
uitur veſtimentis: ⁊ niſi ꝯplexu adoleſcentule nō tepeſ-
cit Viuebat adhuc bethſabee ſupererat abygail: ⁊ reliq̄
vxores ⁊ ꝯcubine quas ſcriptura cōmēorat: Oēs quaſi
frigide repudiantur: ⁊ in vni⁹ tm̄ adoleſcentule grādeu⁹
caleſcit amplexibus: Abraham multo dauid ſenior fuit:
⁊ tamen viuente ſara aliam non queſiuit vxorem. Yſaac
duplices annos dauid habuit: ⁊ cum rebecca iam vetul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

la nunq̃ frigeſcit. Taceo de prioribus ante diluuium vi
ris qui poſt annos nongentos non dicam ſenilib⁹. Sed
pene iam curuoſis artubus nequaquam puellares queſi
ere complexus. Certe moyſes dux iſrahelitici populi cē
tum et viginti annos habebat: ⁊ ſefforam non mutauit
vxorem. Que eſt igitur iſta ſunamitis vxor et virgo tā
feruens vt frigidum calefaceret. tam ſancta vt calentē
ad libidinem non prouocaret: Exponat ſapientiſſimus
ſalomon patris ſui delicias: ⁊ pacificus bellatoris viri ē
narret amplexus: Poſſide ſapientiam. poſſide intelligē
tiam. ne obliuiſcaris ⁊ ne declinaueris a verbis oris mei
ne dereliqueris eam vt apprehendet te: ama illam ⁊ ſer
uabit te. Principium ſapientie poſſide ſapientiam: ⁊ in
omni poſſeſſione tua poſſide intelligentiam. Circunda
illam et exaltabit te: honora illam. ⁊ amplexabitur te:
Ut det capiti tuo coronā gratiarum: corona quoq̃ de
litiarum protegat te. Omnes pene virtutes corporis
mutantur in ſenibus ⁊ creſcente ſola ſapientia decreſcūt
cetere Ieiunia. vigilie. ⁊ elemoſine. huc illucq̃ diſcurſus
peregrinorum ſuſceptio. defenſio pauperum. ſtandi in o
ratione perſeuerantia: viſitatio languentiū labor manu
um vnde prebeantur elemoſine: ⁊ ne ſermonem longius
traham: cunctaq̃ per corpus exercentur: fracto corpore
minora fiunt: nec hoc dico ꝙ in iuuenibus ⁊ adhuc ſoli
dioris etatis. His dumtaxat qui labore ⁊ ardētiſſimo ſtu

dio: vite quoqꝫ ſanctimonia. ⁊ orōnis frequentia. ſciam conſecuti ſunt frigeat ſapientia que in plerisqꝫ ſenibꝰ etate marceſcit: ſed ꝙ adoleſcentia multa corpis bella ſuſtineat. Et inter incentiua vitioꝝ ⁊ carnis titillationes q̄ſi ignis in lignis viridibus ſuffocetur: vt ſuū non poſſit explicare fulgorem Senectꝰ vero rurſus ammoneo eoꝝ qui adoleſcentiam ſuam honeſtis artibus inſtruxerunt ⁊ in lege domini meditati ſunt die ac nocte Etate fit doctior: vſu rigidior: ꝓceſſu tp̄is ſapientior: ⁊ veteꝝ ſtudiorum dulciſſimos fructus metit vn̄ ⁊ ſapiens ille vir grecie themiſtocles cū expletis centū ⁊ ſeptem ānis ſe mori cerneret: dixiſſe fertur. dolere ſe ꝙ tūc egrederetur e vita qn̄ ſapere cepiſſet. Plato octogeſimo primo āno ſcribens: mortuꝰ eſt: Socrates nonagintanouē ānos in docendi ſcribendiqꝫ labore compleuit Taceo ceteros phōs Pytagoram Democritum Xenocratē. Xenonē. ⁊ Cleantē: qui iā etate longeua in ſapientie ſtudijs floruerunt Ad poetas venio Homeꝝ Heſiodū. Simonidē. Sterſichoꝝ. qui grandes natu cigneū neſcio quid ⁊ ſolito dulcius vicina morte cecinerunt Sophocles cū ꝓpter nimiam ſenectutem ⁊ rei familiaris negligentiam a filijs accuſaretur amentie Hiedippi fabulam quā nuper ſcripſerat recitauit iudicibus Et tantum ſapientie in etate iam fracta ſpecimen dedit: vt ſeueritatem tribunalium in theatralem fauorem conuerteret Nec mirꝝ cuꝫ etiā Chato

cenſorius ꝛ romani generis deſertiſſimus :iã ꝛ ſ.nex gre
cas litteras diſcere nec erubuerit nec deſperauerit. Certe
homerus refert: ꝙ de lingua neſtoris iam vetuli ꝛ pene
decrepiti dulcioꝛ melle oratio fluxerit. Sed ꝛ ipſius nois
abyſag ſacrm̃ ſapientiã. ſenum indicat amplioꝛem Inter
pretatur em̄ pater meꝰ ſupfluus vel pr̄is mei rugitꝰ Verbũ
ſuperfluũ ambiguum eſt: ſed in preſenti loco virtutē ſo
nat ꝙ amplioꝛ ſit in ſenibus ꝛ redundans ac larga ſapien
tia. In alio aũt loco ſupfluus quaſi non neceſſarius po
nitur Abyſag aũt id eſt rugitus ꝓprie nũcupatur cũ ma
ris fluctus reſonant. ꝛ vt ita dicã de pelago veniens fre
mitus auditur: ex quo oſtenditur abũdantiſſimũ ꝛ vl
tra humanam vocem in ſenibus diuini sermõis tonitru
um commoꝛari Porro ſunamitis in lingua noſtra coc
cinea dicitur: vt ſignificet calere ſapientiam: ꝛ diuina lec
tione feruere. ꝙ licet dominici ſanguinis indicet ſacramen
tũ tñ ꝛ feruoꝛem oſtendit ſapientie vñ ꝛ obſtetrix illa in
geneſi coccinũ ligat in manu phares: qui ab eo ꝙ parietē
diuiſerat duos ante populos ſeparantem. diuiſoꝛis id eſt
Phares ſortitus eſt nomē Et raab meretrix in typo ec
cleſie reſticulam miſteriũ ꝯtinentem ſanguinis vt hieri
cho pereunte domꝰ eius ſaluaretur appendit in feneſtra
domus ſue. Et in alio loco ſcriptura de viris ſanctis cõ
memorat Hy ſunt qui venerunt de caloꝛe domꝰ pr̄is re
chab Et dñs nr̄ in euãgelio. Ignem inquit veni mittere

ſuper terram: ⁊ quid volo niſi vt ardeat: Qui in diſci-
pulorum corde ſuccenſus: coiebat eos dicere nōne cor no
ſtrum erat ardens in nobis: dum loqueretur in via ⁊ a-
periret nobis ſcripturas: Quorſum hec tam longo repe
tita prīcipio: ne a me queras pueriles declamatiōes ſen
tentiarum floſculos. Verborum lenocinia. ⁊ per fines
capitulorꝫ ſingulorū acuta q̄dā breuiterqꝫ concluſa. que
plauſos et clamores excitāt audientiuꝫ Amplexetur me
modo ſapientia. et abyſag noſtra que nunqꝫ ſeneſcit ī me
o requieſcat ſinu. Impolluta eſt virginitatiſqꝫ perpetue
et in ſimilitudinem marie cum cotidie generet ſemperqꝫ
perturiat: incorrupta eſt. Hinc reor dixiſſe et apoſto-
lum ſpiritu feruentes: ⁊ in euangelio dominum predi-
caſſe ꝙ in fine mundi quando iuxta prophetam Zacha-
riam ſtultus paſtor eſſe ceperit ſapientia decreſcente re-
frigeſcit caritas multorum audi igitur vt beatus Cipri
anus ait. non diſerta ſed fortia: audi fratrem collegio. pa
trem ſenio: qui te ab incunabilis fidei vſqꝫ ad prouectam
ducat etatem. et per ſingulos gradus precepta viuendi
conſtituens inter ceteros erudiat: Scio quidem ab aun
nculo tuo beato Heliodoro qui nunc pontifex chriſti eſt
te ⁊ didiciſſe que ſancta ſunt ⁊ cotidie diſcere: Normam
qꝫ vite eius exemplum habere virtutum. Sed ⁊ noſtra
qualiacūqꝫ ſunt ſuſcipe. ⁊ libellū hūc libello illi⁹ copula-
to Vt cū ille mōachū te erudierit hic clericū doceat te eē

perfectum ¶ Igitur clericus qui christi fuit eccleſie int-
p̄tetur primo vocabuluꝫ ſuū: ⁊ noīs definitione prelata
nitatur eſſe quod dicitur ſi em̄ cleros grece latine ſors ap
pellatur: ꝓpter ca vocantur clerici vel quia de ſorte ſunt
domini. vel qꝛ dn̄s ipſe ſors id eſt ꝑs clericoꝝ eſt ¶ Qui āt
vel ipē ꝑs domini eſt vel dominuꝫ partem habet: talē ſe
exhibere debet vt poſſideat dn̄m: ⁊ ipſe poſſideatur a do-
mino. qui dominum poſſidet ⁊ cum ꝓpheta dicit ꝑs mea
dominus: nihil extra dominum habere poteſt. q̄ ſi quip
piā aliud habuerit preter dominum: ꝑs eius nō erit dn̄s
verbi grā. ſi aurū. ſi argentum. ſi poſſeſſiones ¶ Si variā
ſuppellectilem: ¶ Cū his ꝑtibus dn̄s pars eius fieri non
dignatur ſi autem ego ꝑs dn̄i ſum. ⁊ funiculus hereditа
tis eius: ¶ Nec accipio ꝑtem inter ceteras tribus ¶ Sed q̄ſi
leuita ⁊ ſacerdos viuo de decimis: ⁊ altari ſeruiens alta
ris oblatione ſuſtentor: hn̄s victum ⁊ veſtitum his con
tentus ero: ⁊ crucem nudam nudus ſequar: ¶ Obſecro ita
q; te ⁊ repetens iteꝝ iterumq; monebo. ne officium cleri
catus gen⁹ antiq; milicie putes. i. ne lucra ſeculi in chrī q̄
ras militia. ne plus habeas q̄ꝫ qn̄ cleric⁹ eſſe cepiſti ⁊ dica
tur tibi. clerici eoꝝ nō ꝓderūt eis: menſulā tuā paupes ⁊
ꝑegrini ⁊ cū illis chriſtus ↄuiuia nouerit ¶ Negociatoreꝫ
clericū. ⁊ ex inope diuitē. ⁊ ex ignobili glorioſuꝫ. q̄ſi quā-
dam peſtē fuge ¶ Corrūpunt bonos mores ↄfabulatōnes
peſſime ¶ Tu aurum ↄtemnis. alius diligit ¶ Tu calcas o-

pes: ille ſectatur. Tibi eſt cordi ſilentiuꝫ manſuetudo. ſe
cretuꝫ. illi verbo ſitas. Attrita fronte foꝛa placent ⁊ pla
tee ⁊ mediicoꝛum taberne. In tanta moꝛum diſcoꝛdia
que poteſt eſſe concoꝛdia ¶ Hoſtiolum tuum aut raro
aut nunq̄ꝫ mulieruꝫ pedes terāt: Omnes puellas et vir
gines chꝛiſti: aut equaliter ignoꝛa: aut equaliter dilige.
Ne ſub eodem tecto manſeris: nec in p̄terita caſtitate
confidas. Nec ſampſone foꝛtioꝛ. nec dauid ſanctioꝛ: nec
ſalomone potes eſſe ſapientioꝛ. memēto ſemꝑ ꝙ paradi
ſi colonum de poſſeſſione ſua mulier eiecerit. Egrotan
ti tibi ſanctus quilibet frater aſſiſtat: et germana vel ma
ter. aut ꝓbate quelibet apud hoīes fidei. ꝙ ſi huiuſcemo
di non fuerint conſanguinitatis caſtimonieq̄ꝫ perſone
multas anus nutrit eccleſia que et officium pꝛebeant et
beneficium accipiant miniſtrando: vt infirmitas quoq̄ꝫ
tua fructum habeat elemoſine. Scio quoſdam conualu
iſſe coꝛpoꝛe ⁊ animo egrotare cepiſſe. Periculoſe tibi mi
niſtrat: cuius vultum frequenter attendis: Si ꝓpter of
ficiū clericatus aut vidua a te viſitat̄ aut virgo: nūq̄ꝫ do
mū ſolus introeas. Taleſq̄ꝫ habeto ſocios: quoꝝ contu
bernio nō infameris: ſi lectoꝛ: ſi acolit⁹ ſi pſalmiſta te ſe
quit̄: non oꝛnētur veſte: ſed moꝛib⁹. Nec calamiſtro criſ
pant comas: ſed pudiciciā habitu polliceātur. Solus cū
ſola ſecreto ⁊ abſq̄ꝫ arbitris ne ſedeas. Si familiari⁹ eſt
aliquid loquendum habet nutricem maioꝛeꝫ domus vir

ginem viduam. vel maritatam. Non eſt tam in huma-
na: vt nullā preter te habeat cui ſe audiat credere Cauete
omnes ſuſpitiones: ⁊ quicquid probabiliter fingi po-
teſt. ne fingatur ante deuita Crebra munuſcula. ⁊ ſuda-
riola· ⁊ faſciolas: ⁊ veſtes ori applicitas ⁊ deguſtatos ci
bos: Blandaſqꝫ ⁊ dulces litteras: ſcūs amor non habet
mel meum: lumen meum: meumqꝫ deſiderium chriſtus ē
¶ Omneſqꝫ delicias ⁊ lepores ⁊ riſu dignas vrbanita
tes. ⁊ ceteras ineptias amatorum in comedijs erubeſci-
mus. in ſeculi hominibus deteſtamur: quanto magis in
monachis ⁊ clericis: quoꝝ ⁊ ſacerdotiū ꝓpoſito: ⁊ ꝓpoſi
tum ornatur ſacerdotio: Nec hoc dico ꝙ aut in te aut in
ſanctis viris iſta formidem ſed ꝙ in omni ꝓpoſito: in om
ni gradu ⁊ ſexu ⁊ boni ⁊ mali reperiantur: malorumqꝫ
condemnacio. laus bonorum ſit Pudet dicere Sacerdo
tes idolorum. mimi aurige. ⁊ ſcorte hereditates capiunt
ſolis clericis ⁊ monachis hoc lege prohibetur: ⁊ non pro
hibetur a perſecutoribꝰ Sed a principibus chriſtianis
Nec de lege conquerer Sꝫ doleo cur meruerimus hanc
legem Cauterium bonum eſt Sed quo mihi vulnus vt
indigeam cauterio: Prouida ſeueraque eſt legis: cautio
⁊ tamen nec ſic refrenatur auaricia Per fidei conmiſſa le
gibus illudimus ⁊ q uaſi maiora ſint imperatorum ſcita
quam chriſti leges timemus: ⁊ euangelia contemnimus
Sit heres ⁊ mater filioꝝ id ē gregis ſui eccleſia q̄ illos

genuit.nutriuit.⁊ pauit Quid nos inſerimus inter ma-
trem ⁊ liberos:Gloria epiſcopi eſt pauperum operibus
prouidere:ignominia omnium ſacerdotum ꝓprijs ſtude
re diuicijs Natus in paupere domo ⁊ in tugurio ruſtica
no qui vix milio ⁊ cibario pane rugientem ventrem ſaci-
are poteram:nunc ſimilam ⁊ mella faſtidio Noui, ⁊ ge-
nera ⁊ nomina piſcium.in quo litore cõca lecta ſit calleo:
ſaporibus auium diſcerno prouincias:⁊ ciborum me pre
cioſorum raritas ac nouiſſime damna ipſa delectant Au
dio preterea in ſenes ⁊ anus abſq; liberis..Quorundam
turpe ſeruitium.Ipſi apponunt mattulã.obſident lectũ
⁊ purulentiã ſtomachi ⁊ flecmata pulmonis manu ꝓpria
ſuſcipiunt Pauent ad introitum medici trementibuſq;
labijs an comodius habeant ſuſcitantur.Et ſi paululuꝫ
ſenex vegetior fuerit periclitant ſimulataq; leticia mens
intrinſecus auara torquetur Timent enim ne perdant
miniſterium:⁊ viuacem ſenem matuſale annis compa-
rant.O quanta apud deum merces:ſi vnuſquiſq; in preſen-
ti precium non ſperaret quantis ſudoribus hereditas ca
ſſa expetitur minori labore margaritum chriſti emi
poterat diuinas ſcripturas ſepius lege Immo nunq̃ de
manibus tuis ſacra lectio deponatur.diſce qđ doceas ob
tine eũ q ſcđꝫ doctrinã eſt fidelẽ ſmonẽ:vt poſſis exhor
tari in doctrĩa ſana ⁊ ꝯtra dicentes reuincere Perma-
ne in his que didiciſti.⁊ credita ſunt tibi.ſciens a quo di-

dixeris: paratꝰ ſꝑ ad ſatiſfactōem oī poſcenti te rōem de
ea que in te eſt ſpe. Non confundāt opa ſermonē tuum.
ne cū in eccleſia loqueris: tacitus quilibet rn̄deat: cur er-
go hec que dicis ipe nō facis: delicatꝰ magiſter ē qui; ple-
no ventre de ieiunijs diſputat Accuſare auariciā ⁊ latro
pt: Sacerdotis chriſti mens vita oſqꝫ ꝯcordent Eſto
ſubiectꝰ pōtifici tuo: ⁊ qſi aīe tue ſuſcipe parētē: Amare
filioꝝ: timere ſeruoꝝ eſt Si pater ſum inquit: vbi eſt ho
nor meꝰ: Et ſi dn̄s ego ſum: vbi eſt timor meꝰ Plura ti-
bi in eodē viro obſeruanda ſunt noīa. Monachus: Pon
tifex. auūculus tuꝰ. Qui te in oībus que ſcā ſunt docuit:
Illud etiā dico: ꝙ epi ſacerdotes ſe ſentiāt eſſe. nō dn̄os:
Honorent clericos quaſi clericos: vt ⁊ ipis a clericis qſi
epis honor deferatur Scitū eſt illud oratoris domicij
Cur ego inquit te habeā vt principem: cū tu me non ha-
beas vt ſenatorē: ꝙ aaron ⁊ filios eiꝰ hoc eē epm ⁊ preſ-
byteros nouerimꝰ Unꝰ dn̄s vnū tpl'm: vnū ſit etiam ⁊
miniſteriū. Recordemur ſꝑ quid apl's petrus ꝑcipiat ſa
cerdotibus Paſcite eū qui ī vobis eſt gregem domini ꝓ
uidentes nō coacte. ſꝫ ſpontanee ſecundū deum: neqꝫ tur
pis lucri grā: ſed voluntarie neqꝫ vt dn̄ates in cleꝝ. ſꝫ for
ma facti gregi ⁊ ex animo: vt cum apparuerit princeps
paſtoꝝ precipiatis immarceſſibilem glorie coronā. peſſi-
me conſuetudinis eſt. in quibuſdā eccleſijs tacere preſby
teros: ⁊ pn̄tibus epiſcopis non docere plebem qſi ant in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

uideant: aut non dignentur audire Et ſi alij inquit pau-
lus apoſtolus fuerit reuelatū ſedenti prior taceat Pote
ſtis eñ per ſingulos prophetare. vt omnes conſolentur
Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubiectus eſt. Nō
enim eſt diſſentionis deus ſ; pacis. Gloria pr̄is ē filius
ſapiens Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo Cum tales chri
ſto elegerit ſacerdotes. docente te in eccleſia. Non cla-
mor populi: ſed gemitus ſuſcitetur. Lachrime auditorū
laudes tue ſint. Sermo preſbyteri ſcripturarum lectio-
ne conditus ſit Nolo te declamatorem eſſe ⁊ rabulū gar-
rulumq; ſine ratione: ſed miſteriorum peritum: ⁊ ſacrō-
rum dei tui eruditiſſimimū Verba voluere ⁊ celeritate
dicendi apud imperitum vulgus ammirationem ſui face
re indoctorū hominum eſt Attrita frons interpretatur
ſepe qđ neſcit: ⁊ cum alijs ſuaſerit: ſibi quoq; vſurpat ſci-
entiā Preceptor quōdā meus gregorius nazanzen⁹ ro-
gatus a me: vt exponeret quid ſibi vellet in luca ſabbatū
deutero· proth ō id eſt ſecūdo primum elegāter luſit doce
cebo te inquiens. ſuper hac regula In qua oī populo mi
hi acclamante cogeris inuitus ſcire que neſcis: aut certe
ſi ſolus tacueris: ſolus ab omnibus ſtulticie condemna-
beris Nil tam facile q̄ vilem plebeculam ⁊ indoctā con
tionem. lingue volubilitate decipe: que quicquid non in
telligit plus miratur Marcus tullius apud quē pulcher
rimum eſt illud eulogium demoſtenes tibi preripuitne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

eſſes prior orator Tu illi ne ſolus in oratione pro quin-
to gallo: Quid de fauore vulgi ⁊ de imperitis contiona-
toribus loquatur attende. de his autez ludis. loquor em̄
que ſum ipſe nuper expertus vnus quidam poeta nomi
natus homo perlrātus. Cuius ſunt illa colloquia poeta
rum ac philoſophorum: cū faceret eripiden ⁊ menandrū
inter ſe Et alio loco ſocratē atq; epicurū diſſerētes Quo
rum etates non annis ſʒ ſeculis ſcimus fuiſſe diſiunctas
atq; is quantos plauſus ⁊ clamores mouit Multos em̄
condiſcipulos habet in theatro: qui litteras ſimul didice
runt ¶ Veſces pullas eque vita vt candidas ornatus ⁊
ſordes pari mō fugiende: quia alterum delicias: alterum
gloriam redolet Non abſq; amictu lineo incedere: Sed
precium veſtium linearum non habere laudabile eſt Ali
oquin ridiculum: ⁊ plenum dedecoris referto marſupio.
ꝙ ſudarium Orariumq; non habeas gloriari Sunt qui
pauperibus parum tribuunt vt amplius accipiant: et
ſub pretextu elemoſine querunt diuitias: que magis ve-
natio appellanda eſt ꝙ̄ elemoſina Sic beſtie ſic aues ſic
capiunt̄ ⁊ piſces Modica in hamo eſca ponit̄: vt matro-
narum in eo ſacculi protrahantur. Sciat epiſcopus cui
cōmiſſa eſt ecclie cura quē diſpēſationi pauperū cureq; p̄
ficiat Meliꝰ eſt nō habere q̄d tribuas ꝙ̄ ipudent̄ petere
q̄d des Sʒ ⁊ genꝰ arrogātie ē: clemētiorē te videri velle
ꝙ̄ pontifex chriſti eſt Nō oīa poſſumꝰ oēs. aliꝰ in eccl̄ia

ocul⁹ eſt ali⁹ lingua: alius man⁹: alius pes auris venter ⁊ cetera. Lege pauli epl'am ad corinthios vbi diuerſa mē bra vnū corpus efficiūt: Nec ruſticus ⁊ tm̄ ſimplex fra ter ideo ſe ſcm̄ putet ſi nihil nouerit: nec perit⁹ ⁊ eloq̄ns in lingua exiſtimet ſanctitatē: mu'toq3 meli⁹ eſt e duob⁹ ĩpfectis ruſticitatē habere ſcām. q̄3 eloquentiā pecatri cē. Multi edificāt parietes ⁊ columnas eccīe ſubſternūt Marmora nitent. auro ſplendent laquearia. gēmis alta re diſtinguitur ⁊ miniſtroꝝ chriſti nulla electio eſt: Ne q3 vero aliquis mihi opponat diues in iudea templū. mē ſas lucernas. thuribula. patellas: ſchiphos mortariola: ⁊ cetera ex auro fabricata tunc hec ꝓbabant a dn̄o qn̄ ſa cerdotes hoſtias ĩmolabāt. ⁊ ſanguis pecudū erat remi ſſio pctōꝝ Quanq3 hec om̄ia p̄ceſſerint in figura: ſcripta ſunt aūt ꝓpter nos in quos fines ſeculorum deuenerunt Nunc vero cū paupertatē dom⁹ ſue pa up dn̄s dedicarit portem⁹ crucē: ⁊ diuitias lutū putabi⁹ Quid miramur q̄ chriſtus vocat iniquū mām̄ona: Quid ſuſcipim⁹ ⁊ a mam⁹: qđ petr⁹ ſe nō habere teſtatur. Alioquin ſi tm̄ lit teraꝫ ſequimur ⁊ in auro atq3 diuitijs ſimplex nos delec tat hiſtoria: cū auro obſeruemus ⁊ cetera. ducant ponti fices chriſti vxores virgines. quāuis bone mētis ſit qui cicatricē habuerit ⁊ deformis eſt priuetur a ſacerdotio. Lepra corporis: aīe vicijs p̄feratur Creſcamus ⁊ multi plicemur ⁊ repleam⁹ terrā nec immolem⁹ agnū: nec miſ

tiarum paſcha celebremus: quia hec abſqꝫ templo fieri le-
ge prohibentur. figamus ſeptimo menſe tabernaculum.
⁊ ſolenne ieiuniū bucina ꝯcrepem⁹ ꝙ ſi hec oīa ſpiritua-
lia ſpiritualibus ꝯparātes: Scienteſqꝫ cum paulo. ꝙ lex
ſpiritualis eſt. ⁊ dauid verba cātantes Reuela oculos
meos ⁊ conſiderabo mirabilia de lege tua Sic intelliga-
m⁹ vt dn̄s q̄ꝫ noſter intellexit ⁊ interp̄tatus eſt ſabbatū
aut aux repudiem⁹ cū ceteris ſupſtitionib⁹ iudeoꝝ Alu-
liaux placet placeant ⁊ iudei: quos cum auro aut ꝓbare
nobis neceſſe eſt aut damnare ¶ Cōuiuia tibi vitanda
ſunt ſeculariū: maxime hoꝝ q̄ honoribus tumēt Turpe
eſt an̄ fores ſacerdotē dn̄i crucifixi ⁊ pauperis qui cibo
q̄ꝫ veſcebat̄ alieno inter littores conſulū ⁊ milites excu
bare Iudicemqꝫ ꝓuincie meli⁹ eſt apud te prādere Quā
te in palatio ꝙ ſi obtenderis facere hec te vt roges ꝓ mi-
ſeris atqꝫ ſubiectis Iudex ſeculi pl⁹ deffert clerico ꝯtinen
ti q̄ꝫ diuiti ⁊ magis ſanctitatē tuam veneratur q̄ꝫ opes
Aut ſi talis eſt q̄ nō audiat clericos niſi īter calices ⁊ fio
las libenter carebo huiuſcemōi bn̄ficio ⁊ chriſtū rogabo
ꝓ iudice q̄ magis ſubuenire p̄t q̄ꝫ iudex: Melius eſt enim
confidere in domino q̄ꝫ con fidere in homine. melius eſt
ſperare in domino q̄ꝫ ſperare in principibus ¶ Nunq̄ꝫ
vinum redoleas. ne audias illud philoſophi hoc non eſt
oſculum porrigere: Sed vinum propinare. vinolentos
ſacerdotes ⁊ apoſtol⁹ damnat: ⁊ vetus lex prohibet: qui

altario ſeruiunt: vinum et ſiceram non bibant Sicera
hebreo ſermone Omnis potio nūcupatur que ebriare
poteſt Siue illa que frumento conficitur ſiue pomoruꝫ
ſucco: Aut faui decoquntur in dulcem et barbaram po-
tionem aut palmarum fructꝰ exprimuntur in liquorem
coctiſque frugibus aqua pinguior coloratur Quicquid
inebriat et ſtatum mentis euertit fuge ſimiliter vt vinū
Nec hoc dico quod dei a nobis creatura damnetur ſiqui
dem et dominus vini potator appellatus ē Et thimo-
theo dolenti ſtōmachum modica vini ſorbitio relaxata
eſt: ſed modus etatis ⁊ valitudinis pro corp̄m qualitate
exigimꝰ in potādo· ꝙ ſi abſqꝫ vino ardeo: ⁊ ardeo in ado
leſcentia: ⁊ inflammor calore ſanguinis: ⁊ ſuculento vali
doqꝫ ſum corpe: libēter carebo poculo in quo ſuſpitio ve
neni eſt. Pulchre dr apud grecos: ſed neſcio vtrum apd̄
nos eque reſonet pinguis venter gignit ſenſum tenuem
¶ Tantum tibi ieiuniorum impone, quantum ferre po-
tes Sit tibi pura caſta ſimplicia moderata: ⁊ non ſupſti-
tioſa ieiunia Quid ꝓdeſt oleo nō veſci: ⁊ moleſtias q̄ſdā
difficultateſqꝫ ciborum querere caricas: piper. nuces pal
marum fructus Similā. mel. piſtacia: Tota ortorū cul
tura vexatur: vt cibario non veſcamur pane: Et cum de
licias ſectamur: a regno celorum retrahimur Audio p̄-
terea quoſdam contra rerum hominumqꝫ naturā aquā
non bibere. nec veſci pane; ſed ſorbiciunculas delicatas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

⁊ contrita olera: Betarumq; ſuccum: non calice ſorbere ſed concha Proch pudor. non erubeſcim⁹ huiuſmodi in eptijs nec tedet ſuprſtitionis Inſuper etiã famam abſti nentie in delicijs querimus fortiſſimum ieiunium eſt aq̃ ⁊ panis. Sed quia gloriam non habet ⁊ omnes pane ⁊ aqua viuimus. quaſi publicum ⁊ ieiunium non putatur

¶ Caue ne rumuſculos hoĩm aucuperes: ne offenſaʒ dei populorum laudeʒ commutes Si adhuc inquit apoſto lus hominibus placerem: chriſti ſeruus non eſſem Deſi nit placere hoĩbus ſeru⁹ factus eſt chriſti per bonã ⁊ ma lam famam a dextris ⁊ a ſiniſtris chriſti miles graditur: nec laude extollitur. nec vituperatione frangitur. non di uitijs tumet: non contrahitur paupertate. Et leta con temnit ⁊ triſtia ꝑ diẽ ſol nõ vret te. neq; luna ꝑ noctem.

¶ Nolo te orare in angulis plateaꝝ ne rectũ iter precuʒ tuaꝝ frangat aura popularis. Nolo te dilatare fimbri as. ⁊ oſtentui hrẽ fylacteria: ⁊ ꝯſciã repugnãte phariſai ca ambitõe circũdari. Hinc depẽdet euãgeliũ: inde crux ⁊ prophete: Fidelis mecum lector intellige quid taceam : ⁊ quid magis tacendo loquar Tot ſunt regule quot ſpẽs glãꝝ Quãto meli⁹ erat hec non in corꝑe ſʒ in corde geſtare: ⁊ dñm habere fautorẽ nõ aſpect⁹ hoĩm Uis ſci re quales q̃rat dñs ornatus habeto prudentiã: iuſticiaʒ tꝑantiã. fortitudinẽ his plagis celi includẽ hec te q̃driga in altum velud aurigã chriſti ad metum concitum ferat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

nihil hoc monili precioſius: nihil hac gemmaꝝ veritate diſtinctius Ex omni tp̄e decoraris. cingeris atqꝫ ꝓtegeris: ⁊ hec ornamento tibi ſunt: ⁊ munimini ⁊ tutamini. Gemme vertuntur in ſcuta. ¶ Caue quoqꝫ ne aut lingua aut aures habeas prurientes. i. ne aut ipſe alijs detrahas: aut alios audias detrahentes. ſedens inquit aduerſus fratrem tuū detrahas: ⁊ aduerſus filiū mr̄is tue ponebas ſcandalū: ⁊ cetera Parce a detractione lingue. cuſtodi ſermones tuos Et ſcito quia cuncta que de alijs loqueris tua ſn̄ia iudiceris: in hiſipſis forte deprehendꝰ eris: que in alijs arguebas Neqꝫ vero iuſta eſt illa excuſatio: referentibus alijs iniuriā facere non poſſum Nemo inuito auditori libenter refert: ſagitta in lapidem nūqꝫ figitur: interdum reſiliens ꝑcutit dirigentē. diſcat detractor dū te videt non libenter audire: non facile detrahere Cū detractoribus ait ſalomon ne commiſſearis. qm̄ repente venit detractio eoꝝ ⁊ ruinā vtriuſqꝫ quis nouit tā videlicet eiꝰ qui detrahit. qꝫ illiꝰ qui aurē accōmodat detrahenti: ¶ Officij tui eſt viſitare languentes noſſe domꝰ matronaꝝ: ac liberos eaꝝ: ⁊ nobiliū viroꝝ nō ignorare ſecreta Officij ḡ tui ſit nō ſolū oculos caſtos ſuā ē ſʒ ⁊ linguā. nūqꝫ de formis mulierū diſputes: nec quid in cuiuſqꝫ domo agatur. Alia domꝰ ꝑ te nouerit hypocrates adiurat diſcipulos ſuos anteqꝫ doceat: ⁊ in verba ſua iurare cōpellit Extorquet ſacrō ſilentiū: ſermonē inceſſuꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

manſuetudinē.habitū.moreſq3 deſcribit ¶Quāto magis
nos quibus aīaꝝ medicina ꝯmiſſa eſt:oīm chriſtianoꝝ
domos q̄ſi ꝓprias amare debeꝰ.¶Cōſolatores potiꝰ nos
in merорibꝰ ſuis:q̄3 in cōuiuas in ꝓſperis nouerint.facile
ꝯtemnitur clericꝰ:qui ſepe vocatꝰ ad prandiū venire nō
recuſat ¶Nunq̄3 petētes raro accipiamus rogati.neſcio q̄
enim mō etiā ipe q̄ deprecatur vt tribuat:cū acceperis vil-
iorē te iudicat ⁊ mirꝝ in modū ſi rogantē ꝯtempſeris plꝰ
miratur.¶ Predicator continentie.nuptias ne ꝯciliet:
qui apl'm legit ſupeſt vt qui hn̄t vxores ſic ſint quaſi nō
hn̄tes .cur virginē cogit vt nubat.¶Qui de monogamia
ſacerdos eſt:quare viduā hortatur vt bigama ſit ¶Pro-
curatores et diſpenſatores domoruꝫ alienaꝝ atq3 villaꝝ
quō pn̄t eſſe clerici qui ꝓprias iubentur ꝯtemnere facul-
tates:Amico q̄ppiā rapere furtum eſt. ecclam fraudare
ſacrilegiū eſt .Accepiſſe pauperibꝰ erogandū ⁊ eſurienti
bus plurimis vel cautū eſſe velle vel timidū:aut ꝙ aper
tiſſimi ſceleris eſt aliquid exinde ſubtrahere:oīm p̄donū
crudelitatē ſupat:Ego fame torqueor: ⁊ tu iudicas quā
tū ventri meo ſatis ſit:Aut diuide ſtatim qđ acceperis:
aut ſi timidus diſpenſator es:dimitte largitorē. Vt ſua
ſponte ipſe diſtribuat. Nolo ſub occaſione mea ſacculus
tuus plenus ſit nemo me melius mea ſuare poteſt ¶Opti
mus diſpenſator eſt:qui ſibi nihil reſuat¶ ¶Coegiſti me
nepotiane cariſſime lapidato iā virginitatis libello quē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

ſancte Euſtochio rome ſcripſeram poſt annos decez rur
us bethleem ora reſerare. ꝛ ꝯfodiendum me linguis oīm
ꝑdere: Aut em̄ nihil ſcribendū fuit ne hoīm iudiciū ſubi
remus ꝙ tu me facere ꝓhibuiſti. aut ſcribentes nos noſ
ſe: cunctoꝝ aduerſum nō maledicoꝝ tela eſſe torquenda
quos obſecro vt quieſcant: ꝛ deſinānt maledicere. non em̄
vt aduerſarijs. ſ3 vt aīcis ſcripſimus. Nec inuecti ſum⁹
in eos qui peccāt ſ3 ne peccent an̄ monuim⁹ neq3 in illos
tm̄ ſed ꝛ in nos ipos ſeueri iudices fuim⁹ volenteſq3 feſtu
cā de oculo alteri⁹ tollere: nrām prius trabem eiecimus.
nullum leſi. nullius nomen ſaltē mea ſcriptura deſigna-
tū eſt neminē ſpēaliter meus ſermo pulſauit Gn̄alis de
vitijs diſputatio eſt. Qui mihi irasci voluerit. prius ſpe
de ſe ꝙ talis ſit ꝯfitetur:

Finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

nulla a e b | ſz oē b e c g° nulla a e c

nullus ~~ho e~~ lapis est ho | oīs ho e aīal g° nullus lapis e aīal

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 64